



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 22. Ciceronis è tertio De natura deorum locus ex Aristotele
expressus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

celo. quam ineptiam pluribus verbis exagitare nihil opus est. id modo admonerem non abire fuerit, scripsisse Aristotelem libros tres, quibus nomen fecerit, *περὶ ἀρετῆς, ἢ περὶ φιλοσοφίας*, quibus complexus erat ea quæ in sermonibus à Platone acceperat, itemque non nulla Pythagoræ dogmata. Numerum librorum à Laërtio accepimus: qui in indice scriptorum Aristotelis ponit, *περὶ φιλοσοφίας α β γ*. Ipsemet autem eorum meminit lib. primo De animo, his verbis: *Ὁμοίως δὲ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας λεγόμενοις διακρίδῃ*. quæ verba exponit Simplicius: *περὶ φιλοσοφίας νῦν λέγει, τὰ περὶ τῆς ἀρετῆς ἀπὸ ἐκ τῆς Πλάτωνος ἀναγεγραμμένα συνήσια, ἐν αἷς ἰσορρεῖ τὰς τε Πυθαγορείους, καὶ Πλατωνικὰς περὶ τῆς ἀρετῆς δόξας*. ex his autem facile cognosci potest error illorum qui apud Ciceronem legebar. *A magistro Platone vno dissentiens.*

Ciceronis è tertio De natura deorum locus ex Aristotele expressus. CAP. XXII.

SEMPER existimaui ea quæ libro tertio De natura deorum Cicero Cottam dicentem facit, ut ostendat in diis virtutem inesse non posse, deprompta esse ex Aristotele. Sed ut de hoc meo iudicio ceterorum iudicium faciam, hoc loco utriusque verba proponam. Ita ergo loquitur Cotta: *Quid enim? prudentiam ne Deo tribuimus? quæ constat ex scientia rerum bonarum & malarum, & nec bonarum nec malarum. Cui mali nihil est, nec esse potest, quid huic opus est delectu bonorum & malorum? quid autem ratione? quid intelligentia? quibus vitimur ad eam rem, ut apertis obscura assequamur. at obscurum Deo nihil potest esse. Nam iustitia, quæ suum cuique distribuit, quid pertinet ad Deos? hominum enim societas & communitas, ut vos dicitis, iustitiam*

nt. Mureti
ria Lektionen
LII
28

iustitiam procreavit. temperantia autem constat prave
 tendis voluptatibus corporis: cui si locus in calo est,
 etiam voluptatibus. nam fortis Deus intelligi qui potest
 dolore, an in labore, an in periculo? quorum Deum nihil
 tingit. Apud Aristotelem autem libro x. De moribus
 ad Nicomachum hæc leguntur: Πράξεις δὲ πόδες
 νεῖμαι χερῶν αὐτοῖς; πόδες τὰς δικαίας; ἢ γελῶσι φαίνο
 συναλλαπόντες, καὶ ᾤδρα καταδίκας ἀποδιδόντες, καὶ ἄλλοι
 πικρῶντα; ἀλλὰ τὰς ἀνδρείας; ἰσομένοντας τὰ φοβερά, καὶ
 δωδόντες, ὅτι χαλόν; ἢ τὰς ἐλαδρείας; τίνι δὲ δόσαν
 πρὸς ἢ καὶ αὐτοῖς ἔσαι νόμισμα, ἢ τι τρίτον; εἰ δὲ σὺ
 τί αὖ εἶον; ἢ φορπκός ὁ ἔπαινος; ὅτι ἐκ ἔχου φαίνας
 θυμίας. διεξιῶσι δὲ πάντα, φαίνοισ' ἂν τὰ ἀπὸ τὰς ἀρετῶν
 μικρὰ καὶ ἀνάξια θεῶν. quanquam autem inter virtutes
 que orationem non ita magna est dissimilitudo, longè
 tamen aliud Cortæ, aliud philosophi consilium fuit.
 ille enim sceleratè & impiè efficere vult, nullam
 alijs generis in diis inesse virtutem. hic cum docere
 vellet, τὰς θεωρητικὰς καὶ ἀρετῶν præstare τὰς ἀρετῶν
 καὶ, ostendit has humiliores esse & abiectiores, quam
 ut in diuinam naturam convenirent. Præclare autem
 Platonicus, omnes omnino virtutes in Deo inesse dice
 bant, sed longè alio modo, quàm in hominibus: nec
 proπεραδερματικὰς, καὶ ἀπώδεις, nobis quidem nihil aliud
 certius atque exploratius debet, quàm Deum esse
 principium ac finem omnium virtutum, bonorum
 que ad eò omnium: ipsum solum verè ac per se bo
 num: cetera eò tantum bona, quòd ab ipso profici
 scuntur, ad eundemque referuntur.